



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: XC. H[a]ec scrupulosissima argumenta laico[rum]/ sola potestate  
co[m]pescere/ nec reddita ratione diluere/ Est Eccl[es]iam & Papa[m]/  
hostibus ridendos exponere & infoelices christianos facere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32315**

¶ CON: LXXXIX.

Ex quo Papa salutē querit animarū per venias/ magis q̄ pecunias/ Cur suspendit Lras & venias iam olim concessas/ cū sint eque efficaces.

Hæc maxime oim vrit & displicet, & fateor magna cum specie, illa enim suspensio, vnica est causa, q̄ vilescunt indulgentiæ, Itaq; ego non possum negare quidem, q̄ omnia ferenda sunt, q̄ Pontifex facit, sed doleo, q̄ non possum optima esse probare, q̄ si de mente Pontificis, sine intermedijs operarijs mercedū, dicendū esset, optima de illa sumēda dicerē, breuiter & cū fiducia loquendo, Ecclesia indiget reformatione, q̄ non ē vnus hominis Pontificis, nec multorū Cardinaliū officij, sicut probauit vtrūq; nouissimū consiliū, sed totius orbis, imo soli dei. Tēpus autē huius reformationis, nouit solus ille, q̄ condidit tpa, Interim vitia tam manifesta, negare non possumus, Clauis sunt in abusu & seruitute auaritiæ & ambitionis, & gurgēs accepit in petū, non est nostrū rem orari eū, Iniquitates nostræ respondent nobis, & onus est vnicuiq; sermo suus.

¶ CON: XC.

Hæc scrupulosissima argumenta laicorū/ sola potestare cōpescere/ nec reddita ratione diluere/ Est Ecclesiam & Papā/ hostibus ridendos exponere & infœlices christianos facere.

Sic em̄ ex malo fit peius, dum terrore compescant, quāto rectius dōceremur, hanc iram dei intelligere, & p̄ Ecclesia orare, & talia tolerare, in spe futuri reformationis, q̄ dū tā manifesta vitia volumus cogere, virtutes videri, peius iritemus, siquidē nisi nos mereamur vexari, deus non p̄mitteret solos homines in Ecclesia dominari, daret nobis pastores scdm̄ cor suum, qui nobis pro venijs, darent triūci mensurā in ip̄suo. Nūc autē eū si sint boni pastores, q̄ non possunt ad officij suum venire, tanta est ira furoris dñi.

¶ CON: XCI.

Si ergo veniē scdm̄ sp̄m & mentē Papæ p̄dicaretur/ facile illa omnia soluerēt/ imo nulla esset.